



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellus de modo co[n]fitendi et penitendi

[Deventer], [ca. 1498 - 1499]

Circa textum dubitat[ur]

urn:nbn:de:hbz:466:1-31245

dictum graue plus custodire necessarium

Hoc est difficile magis & seruare necesse

In ista parte ostendit auctor quomodo confessio exhortari debet peccatores ut deserant peccata. et dicit qd; confessio sepius debet ammouere homines confessos ne iterum cadant in peccata. Et si ceciderint iterum in peccata qd; statim faciant confessionem. et qd; ille qui amat debet vitare loca secreta. et qd; ipse confessus implete penitentiam sibi ministratam. et vitet illa per que cadere possit in peccata. et seruet caute. os. sensus. cor & renes. quia illa prona sunt ad peccandum. et ergo difficile est illa seruare. Sed est summe necessarium.

Lirca textum dubitat

Primo quid sit recidiuare

Secundo utrum confessio potest capere iuramentum vel votum a confitente ne recidinet

Tercio utrum opera vita prius facta mortificent per recidiuacionem

Quarto utrum bona opera prius facta reuiuiscant per penitentiam sequentem.

Quinto quare amans debet cauere loca secreta

Sexto quare os sensus & renes debent cauere seruari

Ad primum dubium responderetur qd; recidiuare est iterum post confessi onem in peccata statim cadere. et valde horribile quia nocet multipliciter. Primo quia homo per peccatum secundario fit impotenter ad sur gendum. Secundo quia culpa fit difficilior ad remittendum. Tercio qd; deus fit difficilior ad placandum. Quarto quia diabolus fit difficilior ad expellendum. et de his omnibus possumus habere exemplum in vulneri prius sanato quod si iterato aperiatur tardius sanatur qd; si ibi nunc vulnus fuisset

Ad secundum respondeat qd; non est semper licitum capere iuramentum vel votum a confitente ne recidiuet. et hoc ideo ut euitimus picum. qd; si recidi uaret post iuramentum vel votum dupliciter peccaret scz recidiuando & votu m infringendo. sunt tamen aliqui casus in quibus potest capi iuramentum a confitente qd; non committat amplius talia scz quando quis absoluitur ab excommunicatione. Item quando alius fuit incendarius. Itē hereticus

Item existet in nephando crimen

Ad tertium responderetur qd; duplicitet opus dicitur viuum. Uno modo quia efficitur a vita. et sic opus factum in charitate nunc mortificatur. Alio modo quia efficit vitam. et hoc dupliciter. vel quo ad subiectum proprium & sic mortificatur. vel quo ad subiectum alienum. et sic mortificatur quia venit ad gloriam electorum

Ad quartum respondet qd; opera bona facta in pcto mortali nunqz reuiuiscunt p pniam sequentem. valent tamen ad tria. Unus. que sub mortali bona fuit dant bona terre. Et faciunt habile. minuit tormenta gehenne. Sed bona opera mortificata p recidiuationem pnt piuificari per penitentiā sequentem

C. 8

sunt per gratiam superuenientem. Illa requiuiscunt qui quondam viua fuerunt
Vivere non possunt que mortua nata fuerunt

Con quanto respondetur quod amans debet vitare loca secreta. quia loca
et tempora inducunt hominem se prius ad peccandum. et maxime ad luxu-
riam ut solet dici in his versibus

Si venerem vitare velis loca tempora vita.

Nam locus et tempus pabula prestant ei

Con sextum respondetur quod os ad duo deseruit. Primo scilicet quo ad sa-
porem ne homo peccet ergo saporem et gustum debet caute custodire. Se-
cundo deseruit ad loquaciam. Nam in multiloquio non deest peccatum.
Sensus etiam debent caute seruari. quia sunt porte corporis quibus pec-
cata possunt intrare et precipue visus et auditus. et ergo caute debet seru-
ri. pectus etiam debet seruari. scilicet pro peccatis cordis. Renes etiam de-
bent seruari pro luxuria que ex ipsis oritur. Renes luxurie sunt sedes ac
alimenta.

I. index extrinsecus aliquas inhibetur

Vt foris index per personas prohibetur

Aconterere suum dans medicinam narrare prohibetur

Flectere iudicium medicus variare vitatur

i. confessio propter odium pudeat propter amorem

Sic anima iudex odio caueat uel amore

pectores penitentia grauare id est mitigare

Offensosque penitus onerare uel alleuiare

sante consuetudines antiquorum traditores confessio imitetur

Eccliesie mores vel patrum scripta sequentur

id est clementia pnie ad clementatem peccati

Sicut modus pene iuxtamoderamina culpe

modus facilior grauior

Errant leuior quanto contrito maior

sanant diuersa medela aliquod

Vt medici curant vario medicamine corpus

demonstrant infirmitates scilicet illarum inflammatorem cutis

Vt curant febres ut vulnus sive tumorem

peccatarum diuersas exigunt remedia.

Sic anime varias egre poscent medicinas

Con ista parte auctor comparat confessorem ad iudicem seculariem et ad

medicum. Et dividitur. Nam primo patet quod dictum est secundo ostendit

specialiter et comparat confessorem ad medicum. ibi. Ut medici curant

Dicit primo sic. quod sicut iudex extrinsecus non debet flectere iudicium propter

personas. nec medicus variare debet medicinam propter personas.

Sic etiam iudex vel medicus anime. id est confessio non debet confessis al-